

²¹
B2281

VIRO
 NOBILISSIMO, CLARISSIMO ATQVE
 DOCTISSIMO
DOMINO
CHRISTIANO
FRVHAVFF

LEVTSCHOVIA HVNGARO
 S.S. THEOLOGIAE ET PHILOLOGIAE
 CVLTORI INDVSTRIO,

Q V V M
SVMMVM IN PHILOSOPHIA
GRADVM

IN
 CELEBERRIMA PROPTER ALBIM ACADEMIA
 PRID. CALEND. MAI ANNO M D C C X L V

PVBLICE SIBI COLLATVM CONSEQUERETVR,
 TANTAS HONORVM ACCESSIONES

EX ANIMO GRATVLATI SVNT
CIVES PANNONII

PRELO EPHRAIM GOTLOB EICHSFELDI

ACADEMIA A TYPIS

WITTEBERGAE

1746



CHRISTIANO



urea Saxonis nuper regnabat in aruis

Frondibus effusas Pax redimita comas.

Instruxitque nouis numeroſa palatia muris,

Quis Tyrio pietum murice iunxit ebur.

Huc, quac frondosam cupiunt queruntque quietem,

Sublimi Musas ex Helicone vocat.

Cumque audit caſtas praefentes esse forores,

Adloquitur ſtati ſic Dea uoce ſacra:

Hac illa eft tellus, quam longa ornare quiete,

Quam cupio multis amplificare modis.

Ruficus hic hilaris campos reparabit oientes,

Diuitias irrigum terra ſubacta dabit;

His hortos Pomona nouos plantabit in agris

Diftinguetque comas fructibus alma suas.

In falcem felix mutabit maria Saxo

Arma, et foecundam uomere uertet humum.

Omnia felici ſuccendent omine, nullus,

Qui ferro turbas excitet, hoſis erit.

Hos ubi Threicius, Geticis qui praefidet aruis,

Sermones Mauors percipit aure ferus.

Ingentes irae ſubito ſub pectore fluctus

Concipit, hoſque truci protulit ore fonos:

Quis noſram nobis tentat ſubducere gentem,

Et dare magnanimis otia foeda uitris.

Nonne meis femper Saxo eft uerſatus in armis,

Dum geffit forti bella cruenta manu?

Nonne ſuis olim ſuperauit celsa lacertis,

Quae cinxit miles moenia praediis?

Nonne tulit uarios, quem uicit, ab hoste triumphos?
Nonne uigeret toto nomen in orbe suum?
I Bellona, para curus, et iunge feroceſ,
Vngula queis tetro ſanguine ſudat, equos.
Saxo iterum noſtriſ eſt exercendus in armis,
Ne ſua moleſcant pectora deſidiis.
Vix ea fatuſ erat, diro Bellona flagello
Stridet, et infauſtos excitat atra ſonoſ.
Illico Saxonicas armatiſ turba lacertimidaſ canit, appetit
Conturbat terras Prufica, Marte duce, ſup eandem agit.
Diripiuntur opes, conquiritur enſis, et arma
Omnis, quae poterit, triftia turba capit.
Diffugiumiſ Muſae, quia ſudat ſanguine campus,
Ipsa ſuum mutat Pax peramica locum, non ſubtilia adiuvat.
Omnia turbantur, faciatur terra cruento ſideri.
Amifam prolem mater amara dolet.
Sic ubi Mars rabiduſ ferro faciuſter iniquo,
Sifit, et ad Geticas apparat in plagaſ.
Hoc cum Diua uidet, mox orbem deferrit illum.
In quem perritifiſ, Marte furente, fugit.
Hanc ſequitur ſuaui Muſarum cinctus Apollo
Castaldum praeſes, Pace uocante, choro.
Leucoreaque iterum ſedes libi figere in urbe
Quaerit, qui toto eſt notus in orbe locuſ.
Aedificat celebres hic docta Sophia cathedras,
Quae rerum nexus perficit ingenio.
Hic, quid ſit caelum, quid uafum contineat aequorū.
Quodque regat numen fidera celli, docet.
Ignaras hominum mentes et pectora cruda
Inſtruit ac format legibus ingenuis.
Abſtruſas rerum monſtrat perquirere cauſas,
Et docet occulſos prenderi mente modos.
Huius, quae nunquam requieſcit, fama, Sophiae
Inſigni totam nomine compleat humani.
Propterea ex uariis iſtuc concurredit oris,
Quilibet ut doctos hauriat aure ſonoſ.
TE quoque coniungis, fines dum CLARE FRVHAVFT
Pannoniae, et patrios deſeris ulro lares.
Sed tamē ante alios tanto eſt praefantior omnes
Ante citos quantum Pegalus ibat equos.
Nam ſacra conſtantī ſcrutariſ ſcripta labore,
Quis renouat ſtudiis pectora noſtra Deus.

Sic ueram et castam magno sudore Sophiam
Quaeris, que nitidi ducit ad altra poli.
Iam uigilas, aurora nouo cum surgit amictu.
Roscida, sic merito nomen et omen habes.
TE non blandentes ludi nec uana morantur.
Gaudia, quae tempus fallere saepe solent.
Has potius mundi fraudes uulgusque profanum.
Et forti uilem pectore spernis humum.
Solertique animo sublimes quaeris et optas,
Elegit prudens quos sibi Mula locos.
Perficis ingenio sic res hominunque deumque
Magno, et quae coetus cactera doctus habet.
Insignem rerum sic nactus cognitionem
Adscribis claris nomen in orbe uiris.
Has in TE laudes cum diua Sophia uideret,
Fatur iucundis haec TIBI uerba modis:
Multa TE exerior iam doctum cognitione,
Pieridumque artes mente tenere sacras.
Clarum propterea TE nunc declaro MAGISTRVM.
Sincero et docto qui instruat ore alios.
Hinc, TIBI quos trado modo summos accipe honores,
Accipe doctoris munus et officium.
Haec cum Mula uidet, lactis applauibus orbem
Compleat, sublimi mox resonante polo.
Concuissaque manu dicit: Io! DOCTE MAGISTER
Viue diu et faustos perge uidere dies.
His, ut nos, uotis addamus uota secundis
Nostra in TE pietas religioque iubet.
Hinc promptos imo tenues de pectore plauis
Et nostro fusis accipe ab ore preces.
Immensum caeli Numen TE CLARE FRVHAFFI,
Quod proprio mundum dirigit imperio,
Annorum longo sibi succedente coronet
Nexu, et perpetua prosperitate beet.
Omnibus ex altis TIBI sic conatus adist,
Ut possis portus rite subire, TVOS.
Nulla TVOS turbet fortuna aduersa labores,
Sed spiret uotis aura secunda TVIS.
Sic uitam acceptam uiues hominique Deoque,
Musaque conatus sentiet ipsa TVOS.
Sic TVA, TE celebrem faciet doctrina per orbem,
FRVHAFFI nomen secula sera colent.

* * *

Ung VI 4

(x 2743293)



6017
6018

V I R O
 NOBILISSIMO, CLARISSIMO ATQVE
 DOCTISSIMO
**D O M I N O
 C H R I S T I A N O
 F R V H A V F F**

LEVTSCHOVIA HVNGARO
 S.S. THEOLOGIAE ET PHILOLOGIAE
 CVLTORI INDVSTRIO,

**S V M M V M IN PHILOSOPHIA
 G R A D V M**

CELEBERRIMA PROPTER ALBIM ACADEMIA

PRID. CALEND. MAI ANNO MDCCXLVI.

PVBLINE SIBI COLLATVM CONSEQVERETVR,

TANTAS HONORVM ACCESSIONES

EX ANIMO GRATVLATI SVNT

C I V E S P A N N O N I I

W I T T E B E R G A E

PRELO EPHRAIM GOTTLÖB EICHSFELDI

ACADEMIAE A TYPIS,

Farbkarte #13

Blue	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
Blue	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
Blue	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black

